

& uocauit. Illa uero audiuit surgit & uenit ad eum. Non  
 dum enim uenisset ih̄s in castella sedebat adhuc in illo  
 loco ubi occurrebat ei martha. Iudei uero qui erant cum  
 ea in domo & consolabantur eam cum uidissent maria  
 qui acito surrexit & exiit sequuntur eam dicentes; quia  
 uadit ad monumentum ut plorat ibi. Maria ergo cum  
 uenisset ubi erat ih̄s uidens eum cecidit ad pedes eius &  
 dixit ei; Dñe si fuisses hic non essem mortuus frater  
 meus. Ih̄s ergo ut uidit eam plorantem & iudeos qui  
 uenerant cum ea plorantes fremuit spiritu & turbauit  
 seipsum & dixit; Ubi posuisti eum? dicunt ei; Dñe  
 ueni & uide. Et lacrimatus est ih̄s. Dixerunt ergo  
 iudei; Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem dixe  
 runt ex ipsis; Non poterat hic qui aperuit oculos cæci  
 facere ut & hic non moritur? ih̄s ergo rursus fre  
 mens in semetipso uenit ad monumentum. Erat autem  
 spelunca & lapis suppositus erat ei. At ih̄s; Tollite  
 lapidem; Dicit ei martha sorore eius qui mortuus fue  
 rat; Dñe iam scio & cetera; quadrianus enim est dicit ei ih̄s;  
 Nonne dixi tibi quomodo si credideris uidebis gloriam di  
 tulcrunt ergo lapidem. Ih̄s autem eleuatis sursum oculis  
 dixit; Pater gratias ago tibi quomodo audisti me. Ego  
 autem sciebam quia semper me audis. Sed propter popu  
 lum qui circumstat dixi ut credant qui a te memisisti.  
 hec cum dixisset uocem magna clamauit; Lazare ue  
 ni foras. Et statim prodit qui fuerat mortuus. liga  
 tus pedes & manus in stratis & facies illius sudario erat  
 ligata. Dicit ih̄s eis; soluite eum & sinite abire. Multi  
 ergo ex iudeis qui uenerant ad maria & uiderant  
 que fecit crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis